

Censura, Ultima pars huius annotationis
 cōspirat errori asserentiū animā rationa-
 lem esse mortalē, cū videatur dicere sub-
 stantiam animæ & corporis interituram.

*Vbi nunc tonitrua illa, quibus totam aulam
 & urbem concusserant, me animas facere mor-
 tales? Conditionaliter enim tantū carpunt mea
 verba, vt eorum iudicium nihil sit quàm ambi-
 gua diuinitio. Videndum tamen quàm inge-
 niosè diuinent: Cum videatur, inquiūt, substan-
 tiam animæ interituram dicere. Ergo cum scri-
 bat Paulus, Vasa iræ aptata esse ad interitum,
 Rom. 9. c. 22: Itē, Improbos pœnas à facie Dei
 æternas in interitu daturus, 2. Thessalo. 1. c. 9:
 Item, Mergi prauis cupiditatibus homines in
 interitum, 1. Timoth. 6. b. 9: crimen non effu-
 giet impia & execranda blasphemia. Deni-
 que quisquis de spiritali interitu verbū fece-
 rit, Epicureus censebitur. En sancti collegij inge-
 nuitas, hominem semper in Dei cultu reuerēter
 versatū, in quem ne minima vnquā profana co-
 gitationis suspicio cecidit, tam atrociter lace-
 rare. Vt autem omnibus clarissimum fiat, nullo
 pudore ad cōflandam mihi inuidiam arreptum*

S